

etiam fuerunt magni terremotus apud Beneventum et Capuam et alias eiusdem regionis civitates et castra.

L. XVIII, cap. 43, col. 1068.

Invenitur autem alius honorificus actus memorati pontificis Nicolai II., quem solus Cusentinus tradit de omnibus historiis, quas umquam perlegi, quod Robertus Guiscardus, postquam totam terram, que ad regnum Apulie et Sicilie pertinet, que multas provincias continet, insulam Siciliam, Apuliam, Calabriam, Aprutium, Lucaniam, Campaniam antiquam, que hodie Terra Laboris vocatur, partem Sabine, que hodie Aprutium appellatur . . . tempore dicti pontificis a Romana ecclesia cognovit. Unde scribit idem archiepiscopus de Cusentia, que est civitas in Calabria, et ideo eidem magis credendum, quod egregius papa Nicolaus II. dicto Roberto vexillum dedit et de dictis investivit terris; et ipse pro se et fratre suo Rogerio ecclesie et pontifici fidelitatem iuravit et se vassallum legitimum confitetur ecclesie memorate pro se et suis heredibus ratione predictae terre.

Ich denke, wir bedürfen nicht weiteres Zeugnisses: der archiepiscopus Cusentinus, der allein von allen Schriftstellern, die Tolomeus je gelesen hat, alle diese Dinge erzählt, ist der Erzbischof Romoald II. von Salerno in seinen

eius ad orientem tendebat. Et non post multos fuit terremotus magnus, qui plures evertit domos in Benevento et in Capua multosque homines occidit et in civitate Apriano etc.

l. l. p. 405.

Septimus . . . fuit Robbertus Guiscardus. . . Qui non multo post sibi subegit Apuliam et Calabriam, Lucaniam atque Siciliam.

l. l. p. 406.

Interea Robbertus dux ad Nicolaum papam perrexerat eiusque liggius homo effectus est, promittens se iureiurando fidem servaturum Romane ecclesie et eidem pape eiusque successoribus canonice intrantibus. Ipse autem papa Nicolaus statim per vexillum investivit eundem Robbertum Guiscardum de honore ducatus sui cum tota terra.